illum · qui dixit · ponam sup nubem sedem meam · & ero similis altis
simo · Inde fortassis est quod & propheta dicit · falsus ē equus ad
salutem & iterum dicit · De his qui in demonibus confidebant hiin
curibus & hii in equis · Nos autem in nomine dñi di nr̄i inuocabimur ·
Neque enim currus & equus dō contulissſ & quantum ad inuocandū
expectat · sed utique hoc ostendit quia sicut nos inuocamus dm̄
uerum · Ita & illi inuocant currus & equos · Id est demones quos
inuocabant gentes illę quę aduersum israhel bellum gerebant ·
Sed Sunt & egyptiorum equi · quos commemorat scriptura · & ipsos
quos nunc interim iubet · unde hoc intellegi datur · quod in typo
quidem asinorum gentes · quę ad credulitatem ueniunt merito
seruantur · In typo uero equorum uel & curruū demones · qui huma
nę saluti aduersarii sunt · & inimici · merito perimuntur ·
sed & si passiones corporis · id est libidinem lasciuiam uel supbiam
ac leuitatem quibus infelix anima uelut equitans uehatur
& fertur ad praecipitia equos nunc dici · & currus intellega
mus · & ipsos esse qui ex precepto di subneruari iubentur · non
erit rationi nr̄ae contraria intellegentia, subneruatis quip
pe equus quando in ieiuniis & uigiliis · & omni abstinentiae
adflictione corpus humiliatur · & igni currus exuruntur ·
cum in nobis completur sermo dñi dicentis · Ignem ueni mit
tere in terram · & quam uolo ut accendatur, quo igni iam se
illi confessi sunt ardere qui dicebant · Nonne cor nr̄m ardens
erat intra nos cum aperiret nobis scripturas · Ideo ergo &
falsus equus dicitur ad salutem · si motus infrenes · nec ab
stinentiae iugo lasciuiam carnis & superba colla subdamus ·
& nunc Siquis forte ex his quae diximus di uerbis stimulatur atq;
conpungitur · & qui hesterno die pronus & feruidus
tam quam equus in libidinem ferebatur · hodie his auditis
corporis nr̄i ferri pmittamus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0093